



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Ponderalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Ponderalis.

Ponderalis reduplicatiuus & multiplicatiuus, est qui pondus reduplicatiuone & multiplicatiuone dicit, estq; triplex in plus, pla, plum. In plus & in artus, a. um. de quibus singulatim dicimus.

Numeri in plus, pla, plum.

In plus, pla, plum. sunt simplus, duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, sextuplus, septuplus, octuplus, noncuplus, decuplus, undecuplus, duodecuplus, decuplus, triplus, quadruplus &c. Vigecuplus, uigecuplus simplus &c, trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus, sexagecuplus, septuagecuplus, octogecuplus, nonagecuplus, centuplus, ducetuplus, trecentuplus, quadringentuplus, quingentuplus, sexcentuplus, septingentuplus, octingentuplus, nongentuplus, millicuplus. Significant autē isti numeri multiplicatiuonē, ut simplū, id est semel tantū, duplū bis tantū, triplū ter tantum, & sic deinceps. Plini. de elephanto, pulmo quadruplo maior q̄ bubulo. ubi nota inqt Lāci, q̄ triplū, duplū &c. raro mascu. & foemi. sed plurimū neutro efferūtur, ut ager reddit centuplū quotuplū nolebā. hunc loq̄ndi modum ostendit Quintilia. vii. Duo fratres pecuniā abstulerunt disputant an quadruplū, an duplū debeat. fur quadruplū soluat, duplum græci dicunt διπλον ἀπὸ τοῦ διπλῶ, quod significat duplico, unde diplomata codicilli, tabellę uel principales libelli. principalis, id ē principis. Cice. in Luciu Pisonem. Mitto diplomata in tota prouincia passim data, puto esse inquit Passus, quod uulgo aiunt bullas. Quotuplum latine dicitur,

In plus.

In plus eunt eo modo, ut iam dicta, nisi q̄ hęc in x desinūt. illa in us. a. um. Veluti simplex, duplex, triplex &c. quę significāt rerū partes, & aliquādo materiā, ut mea uestis est duplex, quod aliquādo significat ambo, ut duplices tendens ad sydera palmas. aliquando significat duo. Sueto. Testamentū duplex ante bienniū fecerat, alterę sua alterū liberti manu, & hoc significatu maxime iungit nominibus q̄ deficiunt pluratiuo uel casibus, ut duplex gloria, duplex fama, multiplex salus. aliquādo cū perfectis. Valerius. Proxima iocinoris duplex caput. Inde duplices tabellę a duabus chartis & triplices &c. aliquādo non numerū, sed genus, ut duplex medicina, multiplex medicina, triplex sacerdotiū apud Sueto. in Galba. & in Nerone instituit quinquēnale certamē, Similiter dicit quadruplex iudiciū a Pli. in episto. Aliquādo significat numerū cū modo rei, ut duplici uia notantur &c, ait Cice. Hinc simpliciter, dupliciter &c. ueteres dixerūt